



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

In parochijs, quae ex instructionum pr[a]escriptis hoc ipso tempore
praestari debent, haec sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Honorum & iurium vniuscuiusque ecclesie, ecclesiastice beneficij, aut Capituli, trium mensium spatio conficiatur, ex prescripto concilij provincialis primi.

De inuadentibus & asportantibus bona clerici mortui, decreta provincialia seruentur.

De ecclesie item scriptis instrumentisve à clerici mortui hæredibus ecclesie tradendis.

De ecclesiarum scriptis occultatis agatur ex decreto provinciali.

De cautione syngraphave solutionu, quæ ex predijs ecclesiasticis in emphyteosim aut ad longum tempus locatis fiunt, decretum provinciale seruetur.

De bonorum item deuolutorum alienationibus.

De solutione anticipata.

De arborum incisione cauenda.

De bonorum ecclesiasticorum locatione propinquis non facienda.

Neque præterea patronis, nec cessionarijs, neque coniunctis item.

De bonorum ecclesiasticorum locationibus cum de melioribus ijs reddendis cautione, formula teneatur prescripta in Concilio provinciali secundo, & synodo diocesana secunda.

De bonorum ecclesiasticorum locatione publico instrumento conficienda, & schedulis prescribenda.

De ecclesie bonis quæ laici administrarint, instructiones seruentur vulgari ter editæ.

De Canonicis hæc ut infra præsentur.

CANONICORVM à choro, ab æntiam punctatores notent; eorum etiã qui residentie participes non sunt.

Punctationes autem anno confecto nobis tradantur.

Regulæ de capitulis celebrandis.

Quo tempore scilicet Capitula habeantur.

Vt ad ea canonici conueniant.

Ratio seruei tractationu Capitulariu.

Capitulum spirituale in singulas hebdomadas habeatur.

Cæcellarius capitularis eligatur, eiusque officium.

Capitularis archiuij locus statuatur illiusque item presectus.

De fructuum ad sacrificium pertinentium ratione & vsu, decretum in provinciali secundo concilio editum seruetur.

De fructuum præbendalium parte dimidia, alijs; emolumentorum portione soluenda primo anno, quo quis canonicus fit, ratio seruetur in sanctione Pij V. Pont. Max. & decreto provinciali prescripta; neque omnino excedatur.

Capitularia bona ne cuiquam de capitulo locentur.

In parochijs, quæ ex instructionum prescriptis hoc ipso tempore prælati debent, hæc sunt.

TABERNACVLVM maius, serico rubro (si non est) intrinsecus vestitur trium mensium spatio.

Conopæum ad illius tabernaculi cõtegendu vsu duorum mensium spatio.

Tabernaculum ite; aut si quod est ad vsu processionum, reconcinnetur duorum mensium spatio.

Lanula illius paretur duorum mensium spatio, ad formam in instructionibus prescriptam.

Pixis ite, vbi non est, ad menses duos.

Vela decentia ad tegenda praxidis vsu, mensis spatio.

Mappa etiam seu tobalea communie nis populi vsui, ad menses duos.

Laternæ ad sacræ Eucharistie comitandæ vsu, mensium duorum spatio.

Vasculum cum aspergillo, quo aqua benedicta ad ægrotos afferatur, mensibus duobus item.

Vasa purificationis forma præfinita, ad mensum.

Vasa tria sacrorum oleorum inter se distincta, forma in instructionibus demonstrata, vnius mensis spatio in vrbe, in diocesi verò duorum mensium.

Vas item alterum simile ante quadragesima proxima initium.

Vas item ex instructionum nostrarum forma, ante calendas Februarias fiat, ad aquæ baptismalis accipiendæ vsu.

Liber distributionis oleorum, duorum mensium spatio, in omni præpositura, ecclesia, & plebana quæ caput plebis dicitur.